



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Quarta caussa Superveniens violatio Ecclesiæ, vel Altaris, parag. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

§. V.

QUARTA CAUSA.

*Superveniens violatio Ecclesia,
vel Altaris.*

Si violatio, (de qua supra a bre-
viter locuti sumus) contingat
post Canonem incepitū, (cum tuoc
censeatur quoad hunc effectum in-
capisse b Sacrae Substantia) per-
gat c Sacerdos, Missamque absol-
vat, ac si nulla violatio supervene-
rit. Si vero Canonem non incepe-
rit, recedat, Missamque relinquat
Illud recole, si Ecclesia solum be-
nedita, & non consecrata fuerit,
posse d ipsum sacerdotem ejusmo-
di violatam Ecclesiā, ieu Altare.

a Supralib. I. c. 4. §. 5 b Suar de Sa-
cram. disp. 81. sec. 4. §. 2. queret Fag. I.
Eccl. præcep lib. 3. c. 14. n. 7. c Deluga
de Euch. d. 20. q̄ sec. 7. n. 61. q̄ passim
d Supra lib. I. c. 4. §. 5 n. 1.

conciliare per formulam positam
Cæremiali, quæ satis est brevis
factaque reconciliatione , statim
redire ad Missam, & prosequi.

2. Dico (posse) nam si commode
de hascerine queat. Cæremiale,
Sacerdos non obligabitur; sed solū
relinquat missam: Obligabitur ta-
men subveniali, si commode posset
habere Cæremiale, & nolle re-
conciliare: quia est nonnulla irre-
verentia , nolle missam cœptam ,
quamvis nondum incepto Cano-
ne, absolvere, cum possit. Sub mor-
tali autem non obligo, quia potest
se confirmare cum decreto Eccles-
ie prohibente Sacrum fieri in loco
violato: & ex alia parte Sacerdoti
privato reconciliationem illam
Ecclesia non præcipit.

3. Sed quid fieri de hostia. Vino-
que oblatis, si relinquenda sit mis-
sa post oblationem?

Hostia, vel reverenter sumatur à
quopiam, vel servetur inter ceteras
quæ postea consecrandæ erunt: nec
officij

490 LIBER II.

officit debere iterum offerti, quia oblationem reperere culpa nulla est. Vinum etiam, vel reverenter absumatur, vel servetur ad alias Missas vel deponatur in Piscinam Sacram, seu Sacrarium. Atque haec ex congruentia, nam ceterum si e-
iusmodi Hostia, & Vinum seruen-
tur, sine contemptu, in usum non
sacrum, culpa non erit, ut ex supra
dictis in humili colligi potest.

§. VI.

QVINTA CAVSA.

*Superveniens Corporalis
necessitas.*

¶ **S**i morbus, & vel alia gravis corporis necessitas cogat Sacerdotem Missam interrumpere, immunis erit, ut ex se constat, a culpa. Quo casu, si facta est conse-

a Supra lib. I. ca. 2. §. 3. à q. 3.
Layman, lib. 5. pr. 5. c. 7. n. 2.